

The Electronic *Manipulus florum*
www.manipulusflorum.com

Gloria eterna f
cum fonte primo

Tantum emit uidua duobus minutis,
quantum emit Petrus relinquens recia,
quantum emit Zacheus dando dimidium patrimonium.
Regnum Dei tantum ualet, quantum habueris.

Augustinus ibidem (super Psalmum XLIX.).

- Tanti ualet regnum caelorum. *Frangere esurienti panem tuum,
et egenum sine tecto induc in domum tuam; si uideris nudum, uesti.*
Sed non habes facultatem frangendi panem,
non habes domum quo inducas, non habes uestem qua cooperias:
da calicem aquae frigidae, mitte duo minuta in gazophylacium.
Tantum emit uidua duobus minutis,
quantum emit Petrus relinquens retia,
quantum emit Zacchaeus dando dimidium patrimonium.
← Tanti ualet, quantum habueris.

Augustinus Hipponensis, *Enarrationes in Psalmos*, 49.13
(CCSL 38, E. Dekkers & J. Fraipont eds., p.586, ll.7-15).